

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Urbano lxxii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

miro: quomodo colere non erubescis. Augustus igitur puras se a puero victu. iussit eum in via aureliana decollari circa annos domini. cclxxvij. Cuius corpus cocauilla senatrix diligenter sepeliuit. Ad eius sepulcrum ut ait grege. turoñ. si quis falsus iurare voluerit. antequam ad cancellum conueniat. aut statim a demone captus insanit. aut cadens in pavementum prius vitam perdit. Lis non modica inter duos erat. et in dextera reum minime ignorabat. Zelo igitur iusticie iudex ductus. ambos ad altare sancti petri deduxit et ibidem reus innocentiam suam quam pretendebat iuramento expiare coegit rogans apostolus ut aliquo indicio ostenderet veritatem. Cuius autem ille iurasset. et nichil mali passus fuisset. iudex eius malicie conscius. zelo accessus iusticie exclamauit. Senio iste petrus aut nimis misericors est. aut minori defert. Eam ad pancracium tuenem. et ab eo requiramus. Cuius ergo venissent. et super tumulum reus iurare falsum presumpsisset manum inde trahere non potuit. et ibidem postmodum expirauit. Unde usque hodie a plerisque obseruatur. ut super reliquias beati pancracii pro arduis iuramentum fiat.

De festiuitatibus que occurrunt infra tempus peregrinationis.

Dico de festiuitatibus que occurrunt infra tempus reconciliacionis quod tempus representat ecclesia a pascha usque ad octauam pentheste. Sequitur videre de festiuitatibus que eueniunt infra tempus peregrinationis. quod tempus representat ecclesia ab octaua pentheste. usque ad aduentum. Principium autem huius temporis non semper hic incipit. sed iuxta paschalem terminum variatur.

De sancto urbano lxxii

Urbanus ab urbanitate dicitur. vel urbanus ab urbe quod est lumen vel ignis. et balan rrisio fuit enim lumen per conuersationem honestam. ignis per caritatem succensam. responsio per doctrinam. fuit lumen sicut lux. quia lux est in aspectu amabilis. in essentia immaterialis. in situ celestis. in actu perutilis. Sic ille sanctus fuit amabilis in conuersatione. immaterialis in mundi despectio. celestis in contemplatione. utilis in predicatione.

Urbanus calixto pape successit. Cuius tempore cum fuisset maxima persecutio in christianis. tandem alexander cuius mater hamea christiana erat. quam origenes puerterat impium sumpsit. Ipsa igitur filium patris maternis induxit. ut a persecutio christianorum cessaret. Ueruntamen almachi uerbis persecutus qui beatam ceciliam decollauerat in christianos crudeliter seuebat. Sanctum ergo urbanum diligenter inquiri



fecit et in quodam antro percurante carpasio quodam ministro cum tribus presbiteris et tribus diaconibus repertum in carcere mitti iussit. Post hoc coram se ipsum adduci precepit. et quod quinque milia hominum cum sacris legis caecilia et illustribus uiris tyburcio et valeriano seduxerat. eisdem obiecit. et thesauros cecilie requisit. Cui urbanus. Ut video plus te ad seuiendum in sanctos ducit cupiditas quam cultus deorum. Thesaurus cecilie per manus pauperum celos conscendit. Cum ergo sanctum urbanum cum sociis pluribus eederent. et ipse nomen domini elyon innoceret. subinde presectus ait. Sapiens uult iste senex uideri. et ideo nunc ignota loquitur. Cuius autem supari non possent. iteque in carcere recluduntur. Ubi tres tribunos ad se ueniētes cum custode carceris anolino sanctus urbanus baptisauit. Audito igitur anolino christianus factus esset. presectus sistitur. et sacrificare renuens decollatur. Sanctus autem urbanus cum sociis ad simulacrum ducitur. et ibi imponere uiget. Tunc orante urbano simulacrum cecidit. et viginti duos sacerdotes qui ignem ministrabant occidit. Tunc grauissime laniatur. et post hoc ad sacrificandum ducunt. Qui in ipsum ydolum expuētes frontes cruce numentur. et iniuncto dato pacis osculo capitalē sententiā acceperunt sub alexandro. qui cepit circa annum domini. cccx. Sed statim carpasius a demone arripitur. et deos suos blasphemans et christianos in uirtus magnificans a demone suffocat. Quod ei uxor armena uidens. cum filia sua lucina et tota familia a sancto fortunato presbitero baptisina suscepit. et post hoc sanctorum corpus a bono officio sepeliunt.